INTERPRETES

Chriſtoforus Porſena,
Ioannes Aretinus,
Ambroſius Monachus,
Angelus Politianus,
Ioannes Capnion, aliàs Reuchlin,
Eraſmus Roterodamus, horum omnium multò ſanè doctiſſimus: cuius elegantem pariter ac Chriſtianiſſimã paracleſin operis frontiſpicio præfiximus.

ELENCHVS TOTIVS OPERIS.

Commentarij in omneis Pauli epiſtolas.
Contra Gentiles liber unus.
De incarnatione uerbi.
Diſputatio contra Arrium.
In uim pſalmorum opuſculum.
Exhortatio ad monachos.
De paßione imaginis domini noſtri.
Epiſtolæ nonnullæ Rhomanorum pontificum ad Athanaſium, & Athanaſii ad eoſdem.
Eiuſdẽ Athanaſii de uarijs quæſtionibus ad Antiochũ principẽ
De ſancto ſpiritu ad Serapionem epiſcopum epiſtolæ duæ.
Quòd Nicena ſynodus cũ uidiſſet malitiã Euſebij, meritò pieq; promulgauit, quæ erãt aduerſus Arrianã hæreſim decreta.
Apologeticus aduerſus eos qui calumniabantur quòd in perſecutione fugiſſet.
Apologeticus ſecundus.
De paßione domini ac de cruce.
De hoc quod ſcriptum eſt, Euntes in uicum qui contra uos eſt, inuenietis pullum alligatum.
De uirginitate, ſiue de exercitatione.
De hoc quod dictum eſt in Euangelio, Quicunque dixerit uerbum aduerſus filium hominis, remittetur ei: qui uerò dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, nec in hoc ſæculo, nec in futuro.
De ſpiritu ſancto.
Athanaſij uita.

Habes etiam in calce operis indicem non modò copioſißimum, ſed & maximè frugiferum.

AD CHRISTIANVM LECTOREM EPISTOLA CHALCOGRAPHI PARAENETICA.

EAm potiſſimum ob cauſſam, Chriſtiane lector, & efficti, & hũc in mundũ emiſſi ſumus, ut de externo cuiuſuis hominis corpore, quantũ per facultatũ copiam licet, uolentes bene mereamur: maximè uerò, ſed longè abundantius & cumulatius, de anima. Nam ſi ipſo corpori, quod tandẽ aliquãdo periturũ eſt: futurũq;, ut uermibus conſumptũ, in fœtidum redigatur cinerem, ipſi officia nõ mediocria exhibemus: par eſt nimirũ, ut ipſi animæ, quippe quæ tũ præſtantior, tũ immortalis haud dubiè futura ſit, multò ſtudioſius inuigilemus, cõſulamus, proſimus. Vt enim à Thalete Mileſio, Græcorum Sophorum facilè principe, ſapiẽter admodum dictũ eſt, Corpus utiq; euaneſcet, & conſumetur: anima uerò permanſura. Id itaq; præſcriptum executioni demandare cupiens, cœpi mecum animo uolutare, mecũq; rimari, num quod pium opus, typographiæ exercendæ appoſitum foret, cuius ſynceris præceptionibus & hominum ſalutẽ promouere, & de Chriſtiana republica nonnihil bene mereri poſſem. Quibus mentis cogitationibus anxiè nimirũ inhærenti, demũ feliciter occurrerunt diuini illius Athanaſij, inſignis Alexandrinorũ epiſcopi, in Paulinas epiſtolas cõmentarij, eximia ſanè quũ eloquentia, tũ doctrina q; refertiſſimi: